

AUGUSTISSIMO. ET
INVICTISSIMO

ROMANORUM
IMPERATORI

LEOPOLDO I.

GERMANIÆ, HUNGARIÆ,

BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ,

SCLAVONIÆ, &c. REGI, ARCHIDUCI

AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ,

CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, ET WIRTEMBERGÆ,

COMITI TYROLIS, &c.

MAGNO, PIO, VICTORIOSO,

SACRATISSIME IMPERATORI!



*Pereat pro tua innata clementia hunc arcum
Triumphalem Tuae Sacrae Majestati, quan-
tū merito tuo longē inferiorem; quicquid
enim æternum non est, Tuam non potest æ-
quare gloriam in omnes Pœsteros duraturum:*

*arcus autem uti ait Plinius, statuas, aras etiam demolitur
oblivio, negligitque posteritas; unde de æternitate nihil*

participant, sed hunc æternitatis defectum compensant fidelium subditorum animi; Tua enim gloria & ut cum Nazario loquamur: tuus vultus aboleri non potest, universonum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ aut pigmentorum fucis retinetur, sed desiderio efflorescit animorum, una demum LEOPOLDI MAGNI oblivio totius Austria occasus. Ut vel ex eo intelligas, non prius in animis nostris perituram laudis Tuae memoriam, quam Austriam totam; Et quod mirum est, agnovit meritum Tuum Romana virtus, dum aperto præfelli secundæ legionis tumultu locum cessit ad extruendum hunc Majestati Tuae arcum Triumphalem, quin inò ipsamet monius indulgentia ad eum illustrandum concurrere visa est, dum in prædicto tumultu inferius apposita veterum Imperatorum numismata detexit, quæ ad præteritorum præsentiumquæ gestorum ac Sacratissimæ Majestatis Tuae gloriam clarè videntur alludere.



In hoc numismate sese offert Gens Flavia, & in gente Flavia Domus Austriaca, quia sicut referente Suetonio incertum diu & quasi vagum Imperium suscepit, firmavitquæ tandem gens Flavia, ita divisis Electorum votis Richardo emente, Alphonsi verbò ambiente incertum diu & quasi vagum Imperium suscepit in Rudolpho Domus Austriaca, & continua successorum virtute tandem firmavit. In Vespasiano verò Tuam Augustissime Imperator prudentiam venerari convenit, quia sicut ille Hispanum exercitum, qui Galban, Prætorianum, qui Ottonem, Germanum, qui Vitellium elegerant, Ægyptiacis ac Syriacis legionibus univit ad Imperij salutem, ita Germanorum Principum Exteriorumquæ Nationum animos saluber

saluberrimo Consilio & necessariâ Industriâ coniungisti ad Imperij felicitatem & conjurantium hostium ruinam. In Tito autem Cæsare JOSEPHUM Magnuscinus in Romanorum Regem assumptum, teste enim Spartiano Imperatorum filij, qui ad Regnum destinabantur, Cæsares nuncupati, hodieque Germanorum Regem ita appellamus, Serenissimum JOSEPHUM omninam futurum Titi Cæsaris annulum, id est populi delicias, orbis Amorem, Timore ad solos hostes & eos, qui se amore indignos probant, converso.



In hoc Numismate expressum spectamus Gratianum, & in Gratiano Tuam Augustissime Imperator pietatem ac fortitudinem, pietatem, quia Gratianus suâ narrante Cospiniano, Princeps planè religiosus ab adolescentia, qui mente pura & immaculabili conscientia DEUM summum veneratus est, quæ verba Sacratissimæ Majestati Tuae convenire nullus ambigit: fortitudinem verò, quia sicut Gratianus referente Baronio irruentium ab Occidente Alemannorum quadraginta, vel ut alij volunt, septuaginta milia commisso praelio deleuit, Gothos verò ab Oriente ipsi Constantinopoli ingruentes prostravit, tanta cum animi fortitudine, ut Reparator Reipublicæ vocatus fuerit, sic Augustissime Imperator hostes tam ab Occidente, quam Oriente huic etiam urbi incumbentes adeò repressisti, ut omnium consensu, Reparator Reipublicæ dici merearis; conspiraverant illi audaciam immensâ suggerente potentiâ in certam Imperij perviciem, sed nonne manifestum est, ut cum Plinio ad Trajanum loquamur; siquid adversi cadat, tuis laudibus tuisq;

✠ ✠

virtu-

virtutibus materiem campumq; prosterni, cum secun-
da felices, adversa magnos probent, unde cum tantorum
hostium potentiam invicto robore sustinueris, jure merito Te
MAGNUM nuncupamus, felicemq; ex eo dicimus, quid se-
cundo contra Turcam Marte, tot regna regnis tantasq; victorias
victorias addas, ut Tibi iusto titulo tertij nummi conveniat
inscriptio Gloria Romanorum.



Et cum fortes creentur fortibus, hujus inscriptio-
nis veritatem in serenissimo JOSEPHO etiam adimplen-
dam confidimus.

Licet autem Imperium totum suam Tuae fortitudini im-
putare debeat felicitatem præ omnibus tamen satenitur nos ma-
joribus obstrictos gratijs, cum atrocissimam servitutem, mor-
temq; ipsam soluta obsidione à nostris cervicibus depuleris, unde
merito cum Alexandrinis mercatoribus ad Octavianum tradente
Suetonio dicere possumus, nos scilicet per te vivere, liberta-
te atq; fortunæ trui, & sic iustum est, ut cum Plinio ad Tra-
janum concludamus: Te Supreme Cæsi Reclor precamur,
ut beneficijs tuis faveas, tantisq; addas muneribus per-
petuitatem, non te distringimus votis (non enim pa-
cem, non securitatem, non opes oramus, non hono-
res) simplex complexumque unum omnium votum
est, salus Principes.

Sac. Cæs. Majest. Vestræ

Handlani & Druggiani

Senatus Populusq; Venerabilis